



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De consuetudine in jurejurando, & aliis peccatis, §. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

§. 3.

*De consuetudine in jurando,
& in alijs peccatis.*

21 **Q**ui ex inveterata consuetudine advertenter jurat falsò, satisne est dicere, semel juravi falsum; an potius necesse erit etiam addere id fuisse ex mala consuetudine? Respondeo non esse necesse. *a* Ratio est, quia peccata præterita non addunt præsentì peccato circumstantiam novam, multo minus specie diversam.

22 Idem dic, ut semel hac occasione dicam, de inveterata consuetudine fornicandi, blasphemandi, & ceterorum similium, par enim est ratio.

13 Quid verò ex inveterata consuetudine inadvertenter jurat falsum, licet videatur obligari ad consuetudinem confitendam

H 3

tendam

*a Suarez.
Vasq. Re-
gin. Bon.
apud Diã.
1 p. tr. de*

*circum-
stant. res.
15. & 55.*

*b Sanch.**l. 3. in**dec. c. 5.**n. 13. & 14**c Facit in**simili De**Lugo d. 16**de pœnit.**sect. 4. §. 7**n. 203.*

tendam, tamen communiter excusatur. Quod videatur obligari, ratio est, *b* quia tunc inadvertenter jurare falsum, licet non sit in se peccatum formaliter, est tamen peccatum materialiter, quia est adhuc perjurium, quamvis inadvertenter commissum; ergo illa consuetudo, quæ est causa talis mali materialis, si non curatur amoveri, est formaliter peccatum, utpote causa mali: quare debet ipsa in Confessione aperiri, si ut dictum est, illam extirpare procuratum non sit. Idem dicendum videtur in ceteris peccatis blasphemandi, occidendi, vulnerandi, &c. si fortè quis ex inveterata consuetudine hæc inadvertenter committeret.

24 Iam quod communiter excusetur ratio est, quia communiter nemo advertit ad obligationem, quam habet *c* illam consuetudinem propter eam rationem

nem

nem extirpandi, ne scilicet sua consuetudo sit causa proxima prædicti materialis mali, & consequenter cum excusetur à peccato, excusabitur à Confessione.

25 Vnum nota aliquando actus ejusmodi inadvertenter factos non retinere, ne malitiam eandem materiale, seu quam vocant objectivam: & tunc nec ipse actus, nec consuetudo est peccatum, adeoque nec Confessione subdendum. Talis communiter reputatur contumelia in ebrietate alicui facta ab *Idem* ebrio: Cum enim contumelia *ibid. n.* ab ebrio, hoc est ab experte rationis facta non sit, ne materia- 207. *Co.* 218.
liter quidem, contumelia, (debet enim contumelia essentialiter esse per verba utentis ratione, non autem sicut à Psittaco) in se non erit peccatum: & neque in causa: quia numquam talis causa, id est ebrietas, cau-

H. 4. fabie

*e Jo. Sanc.
in selectis
f. 20.
a n. 5.*

scabit verba utentis ratione: unde
ne materialiter quidem contu-
meliam causabit. Eodem modo
dicendum esse docente aliqui de
blasphemia, hæresi, & supradi-
cto juramento, quod scilicet es-
sentialiter requirant esse ab u-
tente ratione, & consequenter
ea inadvertenter facta neque in
se, neque in causa esse peccata,
adeoque nec necessario confi-
tenda. Sed hoc fusius prosequi,
ad nos nequaquam spectat, cum
satis nobis sit à peccato, & Con-
fessione, regulariter ea excu-
sare propter illud caput
modo dictum nu-
mero præce-
dente.

CA